Solet plerumque modernis
ſcriptoribus a patribus vitio
deputari · traditiones an
tiquorum ſcriptis uel factis
ab eis mutari · ea videlicet obiectione
quod quaſi illorum virtutibus caritatis · ſuis
nichil probabilius velint eſtimari · Sed
eorum reuerendam caniciem ab huiuſ
modi [?] ſuſpicione oportet alienam
conſpici · quicquam ab eis reprehendi · non
quia craſſe compoſitum inlepideque putet
ſed quia nunc · uel quia nil rectum niſi
quod placuit ſibi ducunt · uel quia turpe
putant parere minoribus · et que imberbes
didicere · ſenes perdenda fateri · Non
equidem inſector · delendaque carmina
leui eſſe reor · Cum enim legerim
aliquem priorum deum oraſſe · quo digna
retur aliquis ſpiritum ſuſcitare · qui virginem
ſuam wiboradam tot virtutibus decoram ·
venuſtiori ſtilo faceret ſaporam · quid
dicam poſteros optaſſe · cum aliqui eorum
ſi temporalis vite dilacio illorum votis
reſponderet · hoc opus voluiſſent adtem
ptare · tamen nunquam in animum duxi
quid tale aggredi · tum conſiderans
ruſticitatem mei ingenii · tum ne pu
tarer meo ſtudio michi ad fauorem ·
patrum negligenciam velle denotare ·
Hec denotacio duobus modis euenire
ſolet · cum uel quilibet arrogans in iuſſus
preſumit ſuſcitare dormientem homerum ·
uel cum tutta et raro quis obediens
preuento morte virgilio tamen ſuperflua
ſtudet precidere · Ad illud prouocat arro
gancia · ad iſtud cogit obediencia · Obe
diencia ut noſtis karissimi nobis eſt nece
ſſaria · ſi perfecte libertatis cupimus
adipiſci compendia · Hec enim conſtanciæ? quibus
omni humane creature ut apoſtolus
hortatur ſit exhibenda propter deum ·
ſpecialius tamen ad illos reſpicit · ſub quorum
regimine in cenobiis degentes · diſtri
cto iudicii racione de noſtris exceſſibus
reddituros preceto ſcimus · illorum que
excuſacionem nutat fore dampnacione ·
Ad quod regimen tu venerabilis pater
Vodalrice · anno milleſimo ſeptuageſimo
ſecundo incarnacionis domini · eius mira

diſpenſacione vocatus · cum bone memorie
abbatis tui nortperti · tunc triginta et
octo annis ſuper ouile ſancti galli vigilantis ·
non ſolum amabili percepcione verum etiam
communi fratrum electione ſucceſſor effe
ctus · prout complacuit tue paternitati onus
iniunxiſti · quod prius exhorrui imponere
mee paruitati · nempe ut vitam memor
ate virginis interdum propter diuerſorum
ſimplicitatem ſcriptorum · ſuperfluitate verborum
quaſi quibuſdam foliis exuberantem · falce
ſtrictioris eloquii precidere ſtuderem · Et
ego quamquam in hac obediencia me ſcirem
onus importabile debilibus aptare hume
ris · tamen non exacui linguam verbis
contradictionis · eligens michi ſacius
eſſe ſub preceptorum tuorum faſce deficere ·
quam eis repugnando titulum inobediencie
mereri · Exemplum etiam cum gramatico
proponere placuit · ne pigeat alios etiam
amme · ut ignorantia forte pretermiſſa ·
vel vicioſe dicta · nichil enim ex omni
parte perfectum in humanis credo eſſe in
uencionibus poſſe · ſua quoque induſtria vel
addere uel mutare · Sed antequam michi
alligatum onus adaptandum mouear · ope
precium eſſe duco · breuiter in medium
proferre · per quos preclara geſta huius virg
inis poſteris primitus innotuerunt ·
ut cum aperietur me non huius relacionis
eſſe nouum auctorem · ſed potius auctorum
ſequacem · nullus vicium falſitatis ad
notet mee pagine · Tempore igitur quo
venerabilis gerhalo congregacionem ſancti
galli rexit · fuit mea quidam frater
nomine ekkehardus · vir totus ex ſapientia
virtutibusque factus · Is cum quodam tempore
ydrope ad extrema pene ductus eſſet ·
vouit beate wiboradae omnia que de eius
ſanctitate poſſet comperire · litteris ſe tra
diturum · ſi ei ad preſens dignaretur adeo
aliquod impetrare remedium · O archi
ater inuicta et in baculo · o propagator
tuorum ſanctitatis electorum · ilico venit ei
in animum · ut ſibi poſtularet afferri
martiris cilicium · illudque ſuper aqualenta
extenderet membra · Quod cum factum fuiſſet ·
confeſtim ſenſit ſe aliquid melius habere ·
ac deinde non multis diebus exactis · ad ple
num conualuit · Tunc memor ſponſionis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%2026r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%2026r)